

Quæritur autem primò, quid sit effectum? Respon. Effectum definitur à Keckermanno l.i. sylt. log. c. 19. id quod a causa pendet; cui definitioni si modò explicitè addatur genus, quod est principiatum, eadem nobis haud displacebit. Quæritur ulterius, quotuplex sit idem? Respon. hae de re non consentiunt philosophi. Quidam enim dicunt esse simplex, quidam verò quadruplex. Sed hi facilimo labore possunt conciliari, si modò dicamus effectum considerari dupliciter: uno modo in se, & tum esse simplex: Quia omnes causæ conspirant ad unicum effectum producendum, Aristot. phys. text. 64: alio modo respectu causæ, & tum esse quadruplex, sicut est causa: Quia eadem est natura relatorum. Concludo igitur, causarum re ipsa sive realiter esse unum quid: ratione verò sive diverso respectu quadruplex. Verissimum.

## D I S Q U I S I T I O X V I I I

*An propter quod unumquodq. tale est, illud sit  
magis tale.*

C Anon hic est Aristotelis, qui hunc in modum illum effert post. c. 2.  
1. f. 14. Αἲδια δὲ ἔρασον τὸν μᾶλλον οὐτάρχη, sed sapienter fallit. quare nos eudem cum Philosophis in hunc modum restringimus & limitamus: 1. requiritur ut causa sit per se. Unde non valet: Rusticus est ebrius propter vinum. E. vinum est magis ebrium. Nam vinum per se, & quā vinum est, non inebriat, sed quā immodiè sumptum. 2. requiritur ut affectio, à qua talis denominatur causa & effectus, utriq; insit. Quare non valet: Hæc rēs est calida propter solem. E. sol est magis calidus. Quia calor rei solum formaliter, non soli, nisi eminenter, ineft, ut supra dictum. 3. Ut eadem affectio recipiat magis & minus. Non igitur valet: Filius est homo propter patrem. E. pater est magis homo. Humanitas enim magis & minus non recipit. Videatur Keckermannus system.

*logic. cap. 19.*

## C O R O L.